

modicis causis, ac in iis, quæ celerem expeditionem postulant.

U.

T.

694 Testamentum inofficiosum est, quod certis personis immeritò exhæredatis non ex officio pietatis factum esse videtur, L. 2. ff. de Inoffic. Testam.

695 Translatitia Veteres dixerunt non nova, nec nuper inventa, sed aliundè translata.

696 Tutela legitima est, quæ defertur à Lege sine provisione hominis Agnatis & Cognatis.

Vis publica est, quæ armis infertur, hanc inferunt grassatores, seditiosi, insidiantes cum latrocinio. Vis privata est, quæ fit sine armis, ut si quis aliquem sine armis de agro suo deficiat.

Ufucapio idem est, ac Præscriptio, quidam tamen volunt per ufucapionem res corporales, per præscriptionem verò incorporales acquiri. Definitur *Adjectio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti.*

Utrobi, est Interdictum seu Actio, quæ datur ad retinendam possessionem rei mobilis.

## C A P U T X.

### *De modo legendi abbreviaciones in utroque Jure.*

**I**N gratiam Juris utriusque Tyronum abbreviaciones in utroque Jure magis usitatas hîc exponere consultum duximus. Primò quidem de nominibus abbreviatis Auctorum, cum de aliis abbreviacionibus dicturi.

§. I.

701 *Quomodo legi debeant nomina Auctorum abbreviata.*

A vel B. &c. & alia qualiscunque littera Alphabeti posita sola in textibus Juris, maximè in textibus Decretalium signat nomen proprium, ut A. *Arnoldus*; B. *Bernardus*, &c.

Abb. *Abbas Panormitanus*, egregius Juris Canonici Commentator; aliàs *Nicolaus Siculus* dictus.

Ac. vel Accur. *Accursus* glossator in Legibus, cui duo fuere filii, qui suis additionibus Leges illustrarunt.

Alb. *Albertus Doctor*; vel *Albericus Anselmus*.  
Ap. Bonif. *Apud Bonifacium*.  
Ap. Greg. *Apud Gregorium*.  
Ap. Just. *Apud Justinianum*.

Arch. *Archidiaconus*, Magister Joannis Andreae, qui commentatus est in Decretum, & in Sextum Decretalium.

Az. *Azo*, qui fecit Summam unam in Legibus.

Bern. *Bernardus* Glossator Decretalium.

Barth. Brix. *Bartholomæus Brixienfis*, qui fecit additiones Gloss. super Decreto.

Bart.